GALLICÆ LINGVÆ INSTITVTIO, LATINO SERMONE CONSCRIPTA,

PER IOANNEM PILLOTVM BARRENSEM.

Εἰ μὴ φυλάσσεις μίκρ᾽ ἀπολεῖς τὰ μείζονα.

ADMODVM FILIVS

DILECTVS QVEM



VNICORNIVM.

PSAL. XXVIII.

PARISIIS,

Apud Iacobum Keruer, via Iacobæa, ſub ſigno Vnicornis.

1581.

ADMODVM REVER. AC EXCELL. I.V.D. DOMINO Demophoonti Pariſano Tolentinati Eccleſiæ Arriminen. vicario Generali Ant. Riccius Clericus Ariminen.

S.P.D.

MEcum memoria repetenti quàm ſemper gallicã linguã adamâris quàm multi huius nationis aſſiduè tibi adfuerint, quorũ opera vtereris, mihi de ea minimè cogitanti perlata fuit regula quædã, ſeu inſtitutio gallicè loquendi, cuius authoris nomen eſt: quam vt in lucem iterum prodire curarẽ, multi a mè petierũt: ne illa penitus vetuſta omnino interiret. Quæ omnia ipſe mecum reputans ſtatim iuſſi eam typis mandari, tuíque nomi-

nis ſplendore illuſtrari, quò tibi cùm è ſummis illis negitiorum fluctibus, quibus nullo non tempore obrueris, emergendi dabitur facultas, certus ſit portus, cuius vndas combibens pectus tuum præclariſſimis huius regulæ præceptis madidum referas. Quod conſilium eo magis mihi probatur, quò occaſionem me nactũ eſſe intelligo opportuniorẽ meã in te nauãdi beneuolẽtiam: néque ſum ignarus te intra domeſticos parietes continẽtem id facili negotio eſſe adepturũ, quod pleríque longinqua terrarũ ſpatia permeantes vix conſecuti ſunt. Interim hoc a te etiam atque etiã peto, & quæſo, ne mei memoriam abiicias, cum nemo ſit, cui in te amando atque colendo concedam. Vale. Lutetiæ Pariſiorum Nonis Iulij. 1581.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI VVOLGANGO

Duci Bauariæ, Palatino Rheni, ac comiti Veldenſiæ Domino ſuo clementiſſimo Ioan. Pillotus, S.

CVM hiſce diebus in Germaniam, ad patruelem tuum, princeps illuſtriſſime, infantem ut omnes prædicant nobiliſſimâ indole ac diuino propemodum ingenio, meum dominum obſeruandum, cogitarem: uiſum eſt, antequam hinc abirem, noſtris ſtudiis proſpicere, & mecum aſportare, quicquid exiſtimarem uel ipſi docendo, uel mihi docturo alicuius momenti fore. Perluſtratis autem bibliopolarum officinis, coemptiſque libellis aliquot, nullam de lingua gallica grammaticam idoneam inuenire potui. Id mihi fuit moleſtum ualde, nam nobis maximè neceſſariam fore cognoſcebam. Intellexi enim me potiſſimum illi pædagogum eſſe aſcitum, ut in hac à me initia quædam, priuſquam huc amandetur, capiat & ita quidem capiat, ut grauiora ſtudia melioribus horis non defraudentur, qua in re mi-

randa eſt omnium, qui mei domini curam gerunt, ſed tua imprimis prudentia, Princeps illuſtriſſime. Primum, quòd ſermonem gallicum non ignoratis omnium vulgarium elegantiſſimum eſſe, & qui Germanum (præſertim Principem) ſummopere deceat non ſolum ob antiquam vtriuſque gentis neceſſitudinem & quotidiana commercia: verum etiam quia nullus ferè eſt noſtro ſeculo in Germania nobiliore loco natus, aut re familiari paulo maiore, qui ſuos liberos patiatur eſſe huius linguæ rudes. Immo ipſemet Cæſar, atque etiam (vt audio) rex Ferdinandus, magis hac delectantur quàm vlla alia. Laudandum deinde veſtrum cõſilium, quod eam viam nos tenere velitis, vt in ea quædam duntaxat fundamẽta obiter iaciamus à teneris, qua ætate fœliciſſime iaciũtur iacta tenaciſſimè hærent, & reliqua commodiſſimè ſuperſtruũtur. Hoc enim pacto cauebitur, ne id ipſi contingat quod multis memini, qui huc cum grãdiores accedunt diu inter homines, tanquam ſurdi & muti obambulant, priuſquam valeant cum vllo colloqui, & poſt multum temporis multúmque laboris, ne rectè quidem pronuntiare diſcunt, maxima ipſorum moleſtia atque pœnitudine. Quocirca ne ſubſidio veſtræ voluntatis adimplendæ neceſſario deſtitueremur, operæprecium vi-

ſum eſt inſtitutionem hanc ſermonis gallici componere, qua tenera illius ætas imbueretur: principiis enim à pueritia bene cognitis, facilimum erit, cum poſtea in Galliam veniet, cætera ediſcere. Scio tamen (ne quid diſſimulare videar) multos huiuſmodi titulo extare libros, ſed tales ſunt vt paulo plus momenti adferant ad id quod præ ſe fert hæc inſcriptio, quam ſi non prodiiſſent: quidam enim de ipſius idiomatis proprietate & differentia, doctè profectò & fuſe tractant, vt in vnaquaque eiuſdem nationis prouincia, imo ſingulis fermè pagis aliquod diſcrimen, & ſæpe maximum eſſe ſolet, Alij neſcio quæ fragmenta grammatices reliquerunt: at præterquam quod manca ſunt & imperfecta, non tam gallicis diſcendis quàm latinis interpretandis conferunt. Nonnulli de orthographia prolixas & concertationum plenas diſputationes ac tragœdias excitant. Habeant ſane iſti omnes ſuum vſum: ſed ad gallicum ſermonem cognoſcendum parum iuuant. Adde quod gallicis verbis vtuntur, vt à ſuis tãtum videri poſſint, cum (meo iudicio) ſcribentem de aliqua re inſtitutionem, oporteat exterorum & imperitorum præcipuam habere rationem. Neque enim qui Hebræas, Græcas aut Latinas grammaticas componunt Hebraicè, Græcè aut Latinè

ſcientibus, ſed potiùs ſcire cupientibus componunt. Nullus idem, quod ſciam, de omnibus orationis partibus aptè & diſtinctè egit. Nemo verbum omnium difficilimum ferè attigit. Vnde fit vt non pauca tempora ſint adhuc hodie incerta & controuerſa. Quis enim, vt id vno exemplo demonſtrem, ex iis, qui galliarum oras incolunt, non dico omnium ſed vnius aut alterius verbi, prius præteritum perfectum ſiue indefinitum (quem Greci ἀόριςον appellant) tenet aut rectè vſurpat? Quotum quemque reperias vel eorum qui egregiè galli haberi volunt, in eodem luto non hærere & ſæpe labi? Ego vero pro mea infirmitate conatus ſum plenum & ſuis partibus abſolutum de re grammatica gallorum opus perficere. Quantum ſim aſſecutus, aliorum ſit iudicium: ſed tuum imprimis, princeps illuſtriſs. cui de re quauis vel è cortice iudicare licet. Hoc tantum aſſero me operam dediſſe, vt nihil quod ad rem pertineat omiſerim, nihil etiam fruſtra, nihilque ad oſtentationem dicerem. Breuitati & perſpicuitati, quoad fieri potuit, ſtudui, & certe fuiſſet abſurdum magnum aliquod volumen de re tam ſuccincta & facili, quàm eſſe gallicum idioma iudicabit, quiſquis hoc opuſculum perluſtrarit. Multa, velut definitiones vocabulorum artis, prætermiſi,

tum quòd à reliquis grãmaticis peti poſſunt, tum quòd ad inſtitutum noſtrum qui gallicè loqui nõ definire docemus) nihil facere videbãtur. Initium ab elementis & literis feci, de quarum poteſtate & pronunciatione, ſimúlque de orthographia quantum ſatis eſſe puto, ſcripſi. Deinceps de omnibus orationis partibus ſigillatim, diligentiſsimè verò de verbis. quæ omnia in certas & paucas claſſes coëgi. Id quod fieri poſſe deſperarant hactenus omnes, adeò varia habebantur. Partim Latinos, partim Græcos, pro loci ac rerum varietate ſum imitatus, tanta & facilitate & methodo, vt ſperem non modò exteris huius linguæ candidatis, ſed ipſis quoque gallis laborem meum profuturum, hàc ſaltem in parte, quòd hìc poſſunt omnes breuiſsimis canonibus de iis certiores fieri, de quibus plerique omnes dubitant & altercantur. Quãquam nihil minus cogitabam, tum etiam quum his rudimentis ſupremam manum impoſuiſſem, quàm vt excuderentur aliquot duntaxat exemplaria manu ſcripta meo domino eiuſque condiſcipulis, ſi quos habuerit, & aliis nonnullis, qui me liberalitate ſua deuinxerunt, donare decreueram. Verebar enim multorum calumnias, qui nihil non reprehendunt, quiduis improbant, niſi ipſi fabricarunt, vel correxerũt aut potius corru-

perunt. Verum Claudius Coletus Cāpanus, vir bonus, meique amantiſsimus, & præter cæterarum linguarum cognitionē gallicæ ſcientiſsimus, effecit vt ſententiam mutarem. Huic enim libellum vix abſolutum, ad iter tamen iam accinctus tradideram, rogans vt eum legeret, cognoſceret & quid ipſi videretur ingenue referret: lectum autem adeo probauit, vt ſtatim, quò emitterem conatus ſit perſuadere. Ab initio quidem verbis tantum blandis & ſuaſionibus vtebatur: inter quas hanc vt vehementiorem maximè vrgebat, quòd iniquum ſit & contra pietatem chriſtianam vnum aliquem eo frui commodo, quod vſui poſsit eſſe multis ſine vllius detrimēto. Hac ergo ratione victus ſum: Proinde quum minus incommodi habere videretur obſequi monitioni eius, tradidi vela ventis & oram, ſoluenti bene præcatus, vt excuderetur me abſente, permiſi: quod minime feciſſem, niſi illi tantum fiderem, quantum mihi ipſi, niſique ſciuiſſem eum diligentiam adhibiturum, vt quam emendatiſsimus exiret. Sed quoniam nihil hoc tempore tam accurate fit, quod maleuolorum inuidiam & obtrectationes virulentas ſine ampliſsimorum virorum ſubſidio, poſſit euadere, quærendus mihi fuit aliquis bonus patronus, qui eò maiori polleret authoritate; quò

PRAEFATIO.

magis me illi futurum obnoxium ſentiebam, ſub cuius nomine & auſpicio in lucem & inter tot obtrectatores tutò eum emittere poſſem. Et hoc meo diſceſſui non paruam attulit remoram, antequam conſtituerem, quis potiſsimum mihi implorandus eſſet. Cum autem diu multúmque conſiderasſem, tu vnus, illuſtriſsime Princeps, tandem occurriſti omnium accommodatiſsimus: quemadmodum enim contra quoſuis, omnium optime nos tueri potes: ita libenter in tuum patrocinium ſuſcepturum confido, præſertim cum incredibili beneuolentia & liberalitate proſequaris omnes qui colunt literas, aut eas promouere contendunt. Id teſtantur ij, quorum ſtudia benigniſsimè foues: hoc autem multo mihi facilius polliceor cum perpendo te ei in cuius gratim hoc, quicquid eſt, feci, non tam patruelem, quàm patrem exhibere, cui, vt nuncuparetur, ratio poſtulabat, ſed obſtitit infantuli ætas nullo dum iudicio prædita & latini ſermonis, quo ſum vſus, ignorantia. Occurrebat præterea nobiliſsimus ille vir Ludouicus Eſchnanius, alter illius tutor fideliſsimus, tibíque à conſiliis intimus: at tot tantiſque negociis, quæ ipſi propter ſingularem fidem, diligentiam & rerum experientiam committis, diſtringitur, vt vix reſpirandi, nedum iſtis vacandi ſpacium habeat.

Reliqui conſanguinei, affines, & amici ne de nomine quidẽ mihi adhuc ſunt noti, alioquin quempiam alium fortaſſe potiùs elegiſſem, quàm vt auſus fuiſſem hoc minuto ſcripto & puerili tuis auribus obſtrepere. Nam præſentire iam videor me contra decorum, & perabſurdũ facere aliquibus viſum iri, quod rem tam exiguam & elementariam tanto viro mittere nõ verear, ex qua ipſemet ſciam neque potentiæ tuæ vllam poſſe acceſsionem fieri, neque ſplendori, qui tam longè latéque diſperſus eſt, vt nemo quantus ſis neſciat. Quis enim animi tui magnitudinem, prudentiam, liberalitatem, ac pietatem nõ miratur? Quis alius princeps politioris literaturæ palmam non tibi cedit? Quis denique omni genere virtutum te eſſe cumulatiſsimum ignorat? Taceo maiorum ſtemmata, res geſtas, corporis quoque & fortunæ dotes. Hæc enim omnia in te ſunt tam ſplendida & eximia vt ſi quis ea celebrare tentet, meritò audiat quod is, qui de laudibus Herculis opus compoſuerat. Ecquis Herculem non laudat? Verum tametſi iſta tuarum laudum magnitudo tanta eſt, vt in eam intuitus meritò deterreri debeam, ſuperantur tamen omnes vnica humanitate & clementia, qua nihil non quod bono fit animo, in bonam partem interpretaris, omnes qui te adeunt,

cuiuſcunque ſtatus ſint aut conditionis, humaniſſime excipis, & non modo ij, qui tibi, quæ poſſunt, officia præſtant, ſunt grati, ſed eorum etiam voluntas, qui præſtare non poſſunt quæ cuperent, eſt acceptiſſima. His omnibus fretus, metum excuſsi, & ſpem concepi meum animū te non aliter accepturum, quàm cæterorum clientium tuorum conſueuiſti. Præſertim ſi intellexeris me nunquam præſumpſiſſe re tantilla, qua minime opus habes, vllum obſequium exhibere, niſi quatenus adductus officio pædagogi, patrueli tuo chariſſimo (cui fidem meam adſtrinxi inſeruire ſtudeo. Sed huc cum oculos cõuerto, ſpe certiſſima confirmor iſtud munuſculum fore tibi tam gratum, quàm quod gratiſsimum, & ex muſca te elephantum facturum ſi non ex ſua mole & dignitate æſtimes, ſed ex tuo in meum dominum affectu, quem tantum eſſe audio, vt videaris ἀντιπελαργία ſuperare velle ipſius piæ memoriæ parentis clariſsimi principis Roberti, patrui tui optimi pietatem & ſedulitatem, quam exhibuit erga te in ea ætate conſtitutum, in qua inde eſt ipſius filius. Accipe ergo princeps illuſtriſsime eo animo, quo mihi polliceor, primitias ſtudiorum tui clientis, qui in tuam tuorumque clientelam aſcriptum eſſe, felicem ſe iudicat. Illorum enim & mei ſimul ipſius

proprietatem ϗ κτῆσιν tibi dico, deuoueo, ac vni mancipo, vſumfructum vero ϗ χρῆσιν meo domino, cui ſi quem ex nobis percipi poſſe cenſueris, relinquas oro, noſque de manu in manũ (vt aiunt) tradas atque commẽdes. Munus enim abs te commendatum non ſolum ipſe pluris faciet (vt par eſt) ſed cæteri quoque omnes, in eo, tanquam in hortulo aliquo, maiori cum voluptate mecum aliquando deambulabit, me libentius audiet, faciliúſque ſpei de nobis conceptæ & deſiderio veſtro ambo ſatis faciemus, impetrato præcibus aßiduis auxilio Dei optimi maximi, quem obnixè præcor, vt te tuóſque omnes ſuo ſpiritu, gratia & proſperitate in dies maiori proſequatur.

Gallicæ linguę in-ſtitvtio, latino ſermone conſcripta.

PER IOANNEM PILLOTVM Barrenſem.

IN lingua gallica duæ & viginti literæ ſunt.

A B C D E F G H I L M N O P Q R S T V X Y Z.

Literæ diuiduntur in
- *vocales.*
  - a
  - e
  - i *vel* y
  - o
  - v
- *Conſonantes ſunt reliquæ omnes, quarum ſub diuiſiones vt ex grammaticis latinis notas & vobis minimè neceſſarias conſultò prætermittimus.*

I, vel y *tam in diphthongo quàm extra diphthongum, eandem vim habent, & frequenter alteram pro altera ſine diſcrimine, non tamen vbique patitur vſus, vt in hac dictione* my-iour, *meridies, & in aliis multis.*

Diphthongi. *Ex vocalibus fiunt diphthongi.*

ai, *vel* ay, faire, *facere*, ayder *iuuare*, ie feray, *faciā*

au, autheur, *author*, haut *altus vel altum.*

ei, peine *pœna*, peindre *pingo*, ceindre, *cingo*, vn ceil d'œil, *nictus oculi.*

eu, feu *ignis*, flateur, *aſſentator*, ayeul, *auus.*

oi, *vel* oy, la foy, *fides* vne fois, *ſemel*, ie congnoiſtrois, *cognoſcerem.*

üi, *vel*, uy, deſtruire, *deſtruere*, la nuict, *nox*, nuyre, *nocere.*

Ai, ay, & ei, Ai, ay, & ei, *conſimilem ſonum habent, & eum ferè quem latina diphongus æ, quo fit vt multis, in locis,* ai *vel* ei *conſcribātur ſine diſcrimine, vt in huiuſmodi verbis* peindre, feindre, *vel* paindre, faindre, *fingo.*

Oi, & oy. Oi *vel* oy *mutuata eſt à veteribus græcis, quorum priſcam & genuinam pronunciationem retinemus, nempe ex* o, & i, *reſultantem, quum iis qui nunc græcè loquuntur, præter typographos, ſonet vt ſimplex iota.*

His ſi libet, adde ie, *nam ex his duabus vocalibus ſæpiſsimè fit vnus ſonus & vna ſyllaba ve-*

lut in illis dictionibus quæ terminantur in ien,*vt* mien,*meus vel meum*,tien,*tuus vel tuum*,ſien, *ſuus vel ſuum*,vn chien,*canis*,rien,*nihil*,chreſtien,*chriſtianus*,il contient, *continet Sæpe tamen vtraque peculiarem ſuum ſonum habet, vt in his & ſimilibus*,furieux,*furioſus*,audacieux *audax. Quomodo galli poetæ ſoleant his & aliis vti,inſtituti noſtri non eſt.*

Ex vocalibus fiunt etiã triphthongi vt

eau,beau,*pulcher*,ſeau,*ſigillum*,veau,*vitulus*.
œi,œil,*oculus*,
vei,cueillir, *colligere*, orgueil,*ſuperbia*.
œu,cœur,*cor*,œuure,*op*ꝰ ſœur,*ſoror*, vœux, *vota*.
veu, gueux, *homo nihili*, gueule,*gula*.
iei,vieilleſſe,*ſenectus*,
ieu,*vel* yeu,mieux,*meli*ꝰ yeux,*oculi*,lieu,*locus*.
oui,mouiller, *madefacere* pouilleux, *pediculoſus*.

Triphthongi.

Has & ſimiles appello triphthongos, quia ex tribus vocalibus vt diphthongi ex duabus in vnum coëuntibus,vnus ſonus, vnaque ſyllaba efficitur:quod ſi ſynereſeos,contractionis aut impropriæ diphthongi appellatio, cuipiam magis arri-

deat, cum nemine de lana caprina rixabor, dum modo res intelligatur. Magis tamen, iudicio meo, quadrabit iis, in quibus altera vocalis non profertur, vt in his, ea, eo, ve, *Prior enim obmuteſcit*, ie mangeay, tu mangeas, *comediſti*, il mangea, nous mangeons, langue, *lingua*, quel, *qualis. Sed de his literis, quæ non pronũciãtur, paulõ poſt.*

ë & ï. *Quoniam* ë & ï *frequenteſſimè omnium in diphtongis reperiuntur, ſi quando alteri vocali cohereant ſine diphthongo, notantur ſupra duobus apiculis hoc modo*: la veüe, *viſus*, la queüe, *cauda*, païs, *patria*, paix, *pax, monoſyllabum eſt*, ruïne, *ruina quam rationem deſumptam à Græcis ita ſuas diphthongos diſſolutas notantibus, patet ex illorum grammaticis.*

Literæ pleræque omnes ſonum & vſum varium atque multiplicem habent, id quod frequens lectio facilius docebit quàm præcepta: facilimè, tamen vtrunque ſimul. Inter b, & p, d, & t, v, *conſonantem & digammam* f, *Germani perquam tenue diſcrimen faciunt: Galli multò maius, pronunciantes* b, & d, & v, *conſonantes leuiori ſpiritu remiſſiorique labiorum motu, quàm* p, t, & *f.*

V conſonans. ü *V conſonans in media dictione alicui vocali adhærens noſtrates typographi nunc ſolent in apice notare duobus punctis ſic*, il naüra, *vulnerauit* il n'aura, *nõ habebit, vt illic in conſonantem trãſit, hic manet vocalis.*

. C,*ante* e,i *vel* y *profertur vt* s,cecy *hoc.Idem etiam aliquando vſu venit ante* a *&* o, *ſed tunc ſic pingi ſolet maximè in libris impreſsis* ç *veluti* ſçauoir,*ſcire*, façon,*modus*,i'apperçoy,*percipio. Aliàs planè conuenit cum K Germanorũ, vel Græcorum.* C ç

.*Qui de hac lingua ſcripſerunt, aiunt,* e *duplex eſſe,alterum appellant maſculinum, alterum fœminum: maſculinum eſt, quod tum in ſingulari, tum in plurali, nec in vltima duntaxat,ſed etiam in media dictionum ſede,plenum habet ſonum ac vehementem quaſique maſculinum ac virilem, vnde nomen ſumpſit, non quod his elementis ſexus tribuatur: aut fortaſſe maſculinum appellatur,quod ferè nomina in iſtud* e *finientia ſicut omnia participia, ſunt maſculini generis, mea poſſet autem ſententia non incommodè dici* e *latinũ quoniam prorſus ſonat vt apud latinos: Et vt ab altero diſcernatur: accentu acuto ſolet affici, vt* aymé,*amatus*,aymee,*amata*,iournee,*dies*, fe licité,*fœlicitas, nam nomina in* té *deſinentia à latinis in tas deriuata, quanuis deſierint in* é *maſculinum,ſunt tamen generis fœminini,vt* poureté,*paupertas*,grauité,*grauitas*,charité,*charitas & fœmininum eſt quod minus vehementem, ſemiplenum,& ſubobſcurum ſonum habet, accentúque nullo afficitur, vt* ſapience, *ſapientia*,iu- E duplex. E maſculinũ é E fœmininum.

ſtice,*iuſtitia*,la chambre *cubiculum*,fortune, *fortuna*,aymee,*amata.Et fœmininum cognominatur aut quod maxima pars nominũ, & omnia participia in id deſinentia ſunt fœminî generis, aut quod ſonum infirmum & quaſi effœminatum habet, adeò vt ſæpe vel ſono tantum per ſynalepham, vel ſono & ſcriptura per apoſtrophum elidatur ſiquidem apoſtrophus, & ſynalepha differunt in hoc,quòd hæc in pronunciatione duntaxat,ille verò in ſcribendo, & pronunciando collidit e fœmininũ claudens dictionem, quam alia excipiat initium habens ab aliqua vocali, & id propter euphoniam cuius amantiſsimæ ſunt aures Gallorum.Patiuntur apoſtrophum hæc monoſyllaba*,ie,te,me,ſe,de,ne,re,le,que,*et in hoc diſ ſyllabo* grande. *Item* a *in articulo* la, *& pronomine* ma, *Exempli gratia*, i'aymerois mieux n'auoir iamais eſté né,q̃ de ne m'eſtre mis en danger,pour defendre m'amie, *vel* ma grand'amye, de l'eſpee, qu'vn meſchant homme auoit ia deſguainee contre elle.

Malim me nunquam natum fuiſſe, quam non ſubiiſſe periculum, quo defenderem amicam à gladio quem improbus nebulo iam diſtrinxerat in eam.

Synalepha. *Synalepha minus quidem poteſt, ſed latius regnat,in omnibus enim cæteris dictionibus in* e *fœ*

minimum exeuntibus, ſono, tãtum, illud e *poſtremum elidit ſi dictionis proximè ſequentis prima litera ſit vocalis vt* fortune eſt muable, & inconſtante, *integrè ſcribitur, tamen profertur ac ſi ita ſcriptum eſſet*, fortun' eſt muabl' & inconſtante, *fortuna eſt mutabilis & inconſtãs, idem quoque contigit ſi ſequens dictio non à vocali, ſed ab* h *muto inchoëtur, hoc eſt quod aſpirationis vim non exprimit, vt* vertu engẽdre hõneur *quaſi* engendr'honneur, *virtus parit honorem*, c'eſt vn fort honneſte homme, *quaſi* honneſt'homme, *nã hic non exauditur* h. *quod ſi ſit* h *Germanicum vim aſpirationis exprimens, ne pronunciatione quidem eliditur* e *fœmininum*: *vt* l'homme honteux, *homo verecundus*, vne femme hautaine, *fœmina elata*, vne belle haquenee, *elegans gradarius*. *Verba quoque ſynalephã patiũtur*, vt ie deſire eſtre eſtimé homme de bien, *lege ac ſi ita ſcriptum eſſet*, ie deſir'eſtr'eſtimé homme de bien, *cupio haberi vir probus*. I'ayme autremẽt qu'Ambroyſe, *quaſi* i'aym'autrement, *amo aliter quàm Ambroſius*. *Subſequente* verò, il, *vel* elle, *non eliditur* e *verbi præcedentis*, vt deſire il, *deſiderat ipſe*, deſire elle, *deſiderat ne ipſa*?

H. vbi ſuã retineat vim

Synalepha quæ alia verba patiãtur.

E quãdo ſequente vocali pronuntietur.

Habemus præterea tertium quoddam e, *quod neque maſculinum eſt, neque fœmininum, effer-*

E mediũ habens ſonum inter a, & e.

tur autem medio quodam ſono inter a *&* e, *inſtar diphthongi latinæ* æ,*aut gallicæ* ay,*quod vtinam typographi noſtri aliquo ſigno diſcrepare ſicerent pictura, vt pronunciatione ab aliis, id optimè præſtaret diphthõgus iſta latina* æ: *habet autem locum iſtud* e *non ſolùm in principio dictionum, in medio; ſed etiã in fine, ſi non ipſum* e, *ſed conſonans ſyllabam claudat; vt*, aupres. *iuxta*, pres *prope*, feneſtre *feneſtra*, eſtre, *eſſe*.

G

G, *in eadem ſyllaba præpoſitum* e, *uel* i, *vſurpatur pro* i *conſonante*, gemir, *gemere*, gibeciere, *marſupium, aliàs paulò durius, largiore ſpiritu & ore deductiori ſonat, vt* goſier, *guttur*, lãgue, *lingua*. Vn gland, *glans*. grenier, *granariũ*, *imitatur enim* q, *niſi quod* q *maiore ſpiritu & oris contractione profertur: hanc vnicam pronunciationem poſteriorem literæ* g *norunt Germani, ideóque ſcriberent nõ* langue, *ſed* lange, *& legerent* guemir, *nõ* gemir, *aut* iemir. *Sed maiori cũ dificultate ſonat* g *apud Germanos, quũ inter ipſum, & ſequentẽ vocalem interiicitur, vt* cõpagnon, *ſocius*, Allemagne, *Germania, trahunt enim* g *ad vocalem precedentem, ſic* Allema-gne compag-non, *Galli verò ad ſubſequentem ſic*, Allema-gne compa-gnon, *lingua in medio curua & pulſante, inferius maxillam, ſaliua intercluſa, vt ſonus fiat madidior & delicatior, quod imi-*

tatione diligenti galli loquentis, quam deſcriptione longa, melius diſcere licet, neque ſane, ad id idioma rectè ſcribendum vt effertur, hactenus habuimus ſatis idonæum elementum.

H, *non* ha, *vt Germanis, ſed* a ſch *appellatur & hunc ſonum retinet quotiens literæ* c *adiungitur veluti* chercher, *quam dictionem Gallo dictãte Germanus ſic ſcriberet,* ſcherſcher, *vehementiori nimirum ſpiritu & ſibilo quam oporteat: aut ſcriptum ſine* S, *legeret* Kerker, *quam pronuntiationem retinet in aliquibus vocabulis latinus & græcis, vt* chorde, *chorda,* la cholere *ἡ χολὴ bilis, illud* h *poſſet commodè apellari Gallicum: Sed Germanicum (cuius ante iam meminimus) erit, quum* c *remoto, aſpirationem Germanicam imitatur, minus tamen in ima depreſſo ſono,* vt hôte, *dedecus,* harquebouze, *bonbarda. Meminimus & tertij cuiuſdam* h, *quod mutum apellauimus licet enim ſcribatur, obtumeſcit tamen vt* honneur, *honos,* vne heure, *quaſi* onneur & eure. H

H Quibus in vocabulis fortiori pronũtietur ſono.

H mutum.

I, *ante vocalem aliam degenerat in conſonantem, vt* ialouſie, *zelotyphia,* ieuneſſe, *iuuentus,* iouer, *ludere,* iuſtice, *iuſticia. Germani primum gallicè ſonare diſcentes hanc conſonantem male exprimunt, largiore quippe ſpiritu, & plus æquo reſeratis primoribus dentibus, iiſque non ſatis op-* I conſonans.

preſſa lingua.

Y. Y, *manet vbique vocalis vt planũ fit hac dictione,* myiour, *meridies,* nõ miiour, *aut* miyour

L. L, *ſimplex aſperius & ſiccius redditur quàm geminatum, vt* piller, *tundere,* piller, *diripere,* baller, *tripudiare,* bailler, *dare. Et hic certè literã deſideramus nec enim ſcribimus ſatis aptè duplici* l *id quod pronunciamus.*

Q. Q, *ſine* u *numquam deprehendes & ambæ mutæ æquipollent* c, *vel* K, *Germanorum.*

R. R, *canina litera ſonum aſperiorem habet, quam vt eam ferant aures Gallicæ potiſſimùm in fine dictionum, idcirco multi pro* r *ſupponunt* s, *Vbique verò id faciunt Pariſinæ mulierculæ, quæ adeo delicatulæ ſunt, vt pro* pere, *dicant* peze, *pro* mere, meze. *Verùm qui egregiè loqui volunt, aut medio, quodam ſono aſperitatem iſtam temperant, aut certè adeo leuiter exprimunt, vt vix audias. Quod in media dictione fieri non cõſueuit.*

S. S, *duabus vocalibus intercluſa pronunciatur inſtar literæ* z, *alibi copioſiori ſpiritu, & ore diductiori, veluti* raſer, *radere, quaſi* razer, maiſon *domus. Sed* haulſer, *attollere,* danſer, *ſaltare, in choreis, vehementiore ſibilo exit.*

T Vbi nã hæc littera t. ꝓnũtietur vt c. *Iam egimus de vera & genuina pronuntiatione literæ* t, *ſed aliquando vice literæ* c, *ſcribitur & profertur, maximè in vocabulis in* ion *finien-*

tibus deriuatis à latinis verbalibus in io, *vt* di-ctiõ, *quaſi* diccio͂, *aut* dicſion, *dictio*, exhortation, *exhortatio*, pronunciation, *pronunciatio. Quamquam multi linguæ latinæ & orthographiæ Gallicæ ignari non* t *ſed* c, *hic ſcribu͂t, quod quidam docti etiam imitantur, & omnino imitandos cenſent.*

X, *dictionem claudens nihil differt ab* s, *vt* cheuaux, *equi, in aliis locis duplex eſt, que͂admodum in latino ſermone, vt* exemple, *exemplum.* X.

Z, *Germanis perpetuo duplex eſt, æquiualens* d, *vel* t, & s, *Galli verò, lingua pone dentes primores clauſos preſſa, leni ſibilo eam edunt, vt etiam* s, *inter duas vocales veluti* hazard, *ſors præterquam in fine dictionum, vbi nihil differt ab* s, *& nunquam duplex eſt.* Z.

Reperies præterea literas multis in locis mutas, (quod iam antea de nonnullis obiter ſignificauimus) quæ licet vulgò ſcribantur, non tamen pronunciantur. De his autem nihil certi poteſt tradi, quia omnes huiuſmodi literas, vt ſuperfluas & otioſas omittunt plurimi docti viri, cenſentes aut ita ſcribendum vt profertur, aut proferendum vt ſcribitur. Quod vtinam aut ab omnibus, aut vbique fieri poſſet, vt quidam linguæ Gallicæ ſcientiſſimus tentat, verum vereor ne laterem lauet: cogimur certe vel inuiti in rebus iſtis & ſimilibus

De his litteris quæ licet ſcri-bãturnõ tamẽ pnuncian tur, & muteſcunt.

cōſuetudini quantumuis (vt aiunt) impio tyranno aliquid concedere, & id magis præſtare videtur, quàm dum omnia ad vnũ exigere, & cautè atque cōquiſitè adeo ſcribere volumus, illa confundere, & pro certis incerta reddere. Vſus iam aliquot huiuſmodi luxuriantes literas reſecuit, & tandem fortaſſe reſecabuntur pedetentim omnes, vt cupiunt, ſed interea dum id fiet, ne ij, qui primùm dant operam linguæ gallicæ errent, aut dubitent, cum inter legendum in has incident, aliquot exempla ſubiicere non grauabimur.

I. Bailler, *hiare*, aſſailly, *aggreſſus*.

B. Plomb, *plumbum*, ie doibs, *debeo*, preſtre, *presbiter*.

C. C, vn poinɛt, *punctum*, vn ſainɛt, *ſanctum* faiɛt, *factus*.

D. D, adiourner, *in ius vocare*, admoneſter *admonere*.

E. E, ie mengeay, *comedi*, ſéel, *ſigillum*.

F. F, briefuement, *breuiter*, affection, *affectus*, *vbi enim litera geminatur altera tantum profertur ſed ſæpe vocalem antecedentem producit, vt* ie verray, *videbo*, ie feray, *faciã*, *hic* e *breue eſt, illic longum*.

G. G, beſoing *neceſſe*, congnoiſtre, *cognoſcere*.

H. H, honneur, *honor*, homme, *homo*.

N. N, ayment, *amãt*, diſent *dicunt*.

P,compte,*ratiocinium*,eſcrire,*ſcribere.* P.
R,arreſter,*ſiſtere.* R.
S,*ſepiſſimè obmuteſcit, vt* eſtre, *eſſe*, maiſtre, *magiſter*, maſle, *maſculus, non ſolùm in eadem dictione, ſed in diuerſis quum claudit dictionem, & ſequens incipit à conſonante, vt* les femmes ſont faſcheuſes, variables toute leur vie, *quaſi* le femme ſont facheuſe, variable *mulieres ſunt moleſte, variæ per totam vitam*, S, *tamen in eodem verbo ſæpe profertur, vt* chaſte, *caſtus*, reſte, *reliquum.* S. S. Aliquãdo profertur.
T,lettre,*litera.* T.
V,quatre,*quatuor* langue,*lingua.* V.

De literis & earum poteſtate ſatis abundanter, vt opinor egimus: progrediamur ergo ad partes orationis.

De partibus orationis.

P*Artes orationis ſunt octo, articulus, nomen, pronomen, verbum participium, aduerbium, præpoſitio, & coniunctio. Interiectionem, more Græcorũ, ab aduerbio nõ ſeparamus. Horũ definitiones data opera pretermittimus, ſicut etiam alia multa quæ apud omnes ferè grammaticos Latinos, Græcos et Hebreos (quoniã maior eſt numerus quàm ſtellarum in cælo) habentur ad quos, qui alicuius verbi deſcriptionem deſiderabunt, remitto.*

De articulis.

Articuli ſunt duo, maſculinus le, *fœmininus la, ſic autem declinantur.*

Singularis numerus.

	Nominatiuꝰ,	*Genitiuꝰ,*	*Datiuꝰ.*
Maſc.g.	Le,	De du,	a au,
Fœm.g.	La,	de,	a.

Pluralis numerus.

Nominat.	*Genitiuus,*	*Datiuus,*
Les,	de des,	a aux.

Articulis ſunt quinque caſus, ſed nominatiuis, acuſatiui, & genitiuis ablatiui ſunt ſimiles, vocatiui loco vſurpatur aduerbium vocandi ô, *rarò tamen exprimitur in oratione ſoluta.*

De, articulis genitiui & datiui caſus. Item à datiui cum toto plurali vtrique ſeruiunt ſexui, exempli gratia, dicimus.

Le fils de Ieã, *filius Ioannis,* Le fils de Ieanne, *filius Ioannæ.* Il vient de Ieã, *venit à Ioãne* il vient de Ieãne, *venit à Ioanna. Quod ſi in duobus poſterioribus exemplis mauis, de propoſitionẽ eſſe, non contendo. Exempla articuli* à *datiui caſus.* Ie l'ay dit à Ieã, *dixi Ioãni,* ie l'ay dit à Ianne, *dixi Ioannæ,* à *articulus datiui caſus & præpoſitio afficiuntur accentu graui.*

Pro le, la, & de, *frequenter inuenies ſolam*

conſonantem remota vocali, ſed in apice notatam tenui ſpiritu Græcorum hunc in modum, l'homme, *homo*, l'ame, *anima*. d'vn homme, *hominis*, d'vne féme, *fœminæ*, *quod ſit ad vitandum hiatum duarum vocalium cōcurrentium.* Articuli la, le, & de apoſtrophē ſępe reci piunt.

Si duobus ſubſtātiuis iunctis alterum ſit fœmininum, vnico ſæpe articulo contentum non eſt, vt le maintien de la femme, *geſtus mulieris*, la couture de la robbe, *ſatura veſtis. Dicimus etiam* le maintiē de féme, couture de robbe. *Item ſi ſit maſculinum & initium habeat à vocali, vel* h, *muto, vt* la prunelle de l'œil, *pupilla oculi*, le iugement de l'homme, *indicium hominis. Id nō ſit in numero plurali, vt* les geſtes des femmes, la prunelle, des yeux, les iugemens des hommes ſont diuers, *iudicia hominum ſunt diuerſa. Non autem poteſt dici vt in ſingulari,* les iugemens de les hommes, les geſtes de les femmes, les coutures de les robbes. Articul• quando duplice tur. Aliquilo quendi modi q̄ pluralē non rec piunt.

Articulus vnius numeri in quouis caſu iungitur eleganter infinitiuo, vt. Artic ul iūgūtur perſæpe infinitis

Le boire eſtaint la ſoif, *bibere extinguit ſitim.*
Ie ſuis ſaoul de boire, *ſatietas bibēdi me cœpit.*
Il me gaigne à boire, *vincit me bibendo.*
Il ayme trop le boire, *nimis amat bibere,*
De trop boire vient la ſoif, *ex nimium bibē-*

do prouenit ſitus.

Vides id fieri cum verbum materialiter (vt aiunt grammatici latini) ſumitur, hoc eſt cum verbum, quod agere aut pati ſignificat. pro eo quod agit aut patitur ponitur, vt bibere pro eo quod bibitur, & in hac parte Græcos potius, quàm Latinos imitamur. Tametſi enim his quàm illis ſimiliores ſimus, tamen Strabo refert, Græcam linguam priſcis gallis fuiſſe valde familiarem, proinde mirum non eſt ſi ſuperſint aliqua veſtigia.

Articuli officiũ quale.

Officium articuli eſt potiſſimum rem certam deſignare, de quo abundè aliquot grammatici græci ſcripſerunt, ſed maximè in hac lingua genera & caſus diſcernit. Nam cùm ſingula nomina duas tantum terminationes habeant in omnibus caſibus, alteram pro ſingulari, & alteram pro plurali, neque terminatione poſſint dignoſci, neceſſariò ad id opus eſt articulus,

De nomine.

N*Omen eſt duplex, ſubſtãtiuum, vt* le chartier, *hic auriga,* la chartiere, *hæc auriga Adiectiuũ vt* bõ, *bon⁹ et bonũ,* bõne, *bona*

Adiectiuum rurſus duplex, alterum quod ſub vna terminatione maſculis & fœmellis pariter conuenit, vt chaſte, *caſtus & caſta,* l'homme chaſte, *homo caſtus,* femme chaſte, *fœmina caſta. Alterum eſt quod duas habet terminatio-*

nes

nes diſtinctas, vt bon, *bonus & bonum,* bonne, *bona.*

In his, Hebræorum more, fœminina vox fit à maſculina bifariam. Aut enim ad maſculinam additur e *fœmininum, vt* conſtant, *hic conſtās,* conſtante, *hæc conſtans. Sed* x, *maſculinæ vocis mutatur in* ſ, *fœminina formanda, vt* heureux, *hic fœlix,* heureuſe, *hæc fœlix. Propterea quò liberaremur hac moleſtia, certiórque eſſet deriuatio & facilior ſi poſſem omnes in meam ſentētiam pertrahere, in fine dictionum pro* x, *&* z, *alienis literis noſtrum* s *ſcriberemus, cum ibi eandem prorſus vim habeant: verum quoniam aliter vſu receptum eſt cuíque ſuum arbitrium relinquo. Aut* e, *additur, & geminatur vltima conſonans vocis maſculinæ, vt* bon, *bonus & bonum,* bonne, *bona. Et ſi quidā aiunt alterum* n, *ſuperfluum eſſe: mallem tamen vtrunque retinere quàm nos aſſuefieri ad proferendum* o *in ſimilibus locis inſtar diphthongum* ou. *Minus enim moleſtiæ & incommodi videtur habere. Formantur tamen quædā hoc modo* maiſtre, *magiſter,* maiſtreſſe: larron, *hic latro,* larronneſſe, *hæc latro.*

Omnia nomina ſunt aut maſculini generis vt le liure, *liber, aut fœminini, vt* la lettre, *litera. Tertium genus nō reperio ſicuti nec ſexum. Omnia enim nomina gallica, maſculini vel fœminini*

ſexus inſtar declinatur, ideóque dicuntur maſculina vel fœminina neutra: nulla ſunt in hoc Gallico grammatices regno.

Numerus quoque duplex eſt, ſingularis & pluralis. Pluralis fit ſingularis addendo s,x, *vel* z.

Nominibus in e, *fœmininum finientibus adde* s, *formabis pluralē, vt* la table, *menſa*, les tables *menſæ*, vn arbre, *arbor*, les arbres, *arbores. In* é *maſculinum deſinentibus non ſolum nominibus ſed etiam verbis vulgò ſolet addi* z, *ſine accentu recētiores* s, *tantum addūt retento accētu, vt* lettré, *literatus* lettrés, *literati, pro* lettrez, tu aymes, *amas*, vo⁹ aymez, *vel* aymés, *amatis: quæ deſinunt in conſonātem aſſumunt* s, *aut (vt alij placet) mutant conſonantem in* s, *ſed in idem recidit niſi quòd ſi retineatur poſtrema conſonans ſingularis in plurali muta erit & ſuperflua, vt,* plomb, *plumbum, eius plurale* plombs, Grec, *grecus*, grecs, *greci*, nominatif, *nominatiuus*, nominatifs, *nominatiui, vel* ploms, grés, *nominatiuus: ſi cui hæc orthographia magis arridet.*

Heteroclitorum in al *deſinentium fit numerus pluralis in* aulx, *vel aux*, l *omiſſo, vt* cheualcheuaulx, *equus equi*, royal, royaulx, *regius regij*, loyal loyaux, *fidelis fideles. Heteroclita appello nomina in* al, *quia debuiſſent tātum per* s, *formare pluralem ſine* u, *vt in nonnullis adhuc ſit,*

veluti canal canals, *vt*, vieil *vetus*, vieux, *veteres*, celuy, *vel* cil, *ipſe*, ceux, *ipſi*.

De nominum declinationibus.

Aiunt Hebræi omnia ſua nomina indeclinabilia eſſe, caſus autem dignoſci aut præpoſitione articulorum aut orationis contextu, idem planè dici poſſet in idiomate Gallico. Exempli gratia: i'ay le liure de Ian. *In hoc exemplo vides* le liure *eſſe accuſatiui caſus, ídque ex orationis contextu. Nam verbum* i'ay, *poſtulat poſt ſe accuſatiuum, vt apud Latinos. Quo remoto poſſet nominatiui vel accuſatiui caſus eſſe.* De Ian *de articulus indicat eſſe genitiui vel ablatiui, ſed contextus orationis certiorem te reddit quod ſit genitiui, quia aliud nomen proximè ſequitur, Eſt autem ea regula non ſolum apud Latinos, ſed apud Gallos, vt quoties duo nomina ſubſtantiua cohærent in oratione citra præpoſitionem, alterum genitiui caſus ſit: vt liber Ioannis*, le liure de Ian, l'Euangile de ſaint Ian: *Euangelium diui Ioãnis. In quibus phraſibus ſæpe articulus* de *omittitur, vt* l'Euangile ſaint Ian, *pro* l'euangile de ſaint Ian. *Sed redeamus ad declinationes nominum, & perſpicuitatis gratia duos ordines conſtituamus. Quorum prior erit nominum maſculinorum, vt* le charetier, *hic auriga, poſterior fœ*

mininorum, vt la charetiere, *hæc auriga.*

Paradigma prioris ordinis.

Singularis numerus.

Nominat. accuſa. & voca.	charetier, *auriga aurigã auriga.* le charetier, *hic auriga hunc aurigam.* vn charetier, *vnus auriga vnũ aurigam.*
Genitiuus & ablatiuus.	de charetier, *aurigæ.* du charetier, *huius aurigæ.* d'vn charetier, *vnius aurigæ.*
Datiuus.	à charetier. au charetier, *huic aurigæ.* à vn charetier.

Numerus pluralis.

Nominat. accuſa. & voc.	charetiers, *aurigæ.* les charetiers, *hi aurigæ ô aurigæ,*
Genitiuus & ablatiuus.	de charetiers, *horũ aurigarũ &* de charetiers, *ab his aurigis.*
Datiuus.	à charetiers, aux charetiers, *his aurigis.*

Paradigma nominum ſecundi ordinis hoc eſt fœminini generis,

Singularis numerus.

No.accu. & voca.	charetiere, *auriga, aurigam,* la charetiere, *hæc auriga, hanc aurigam* vne charetiere, *vna auriga vnam aurigam ô auriga.*
Genitiuus & abla.	de charetiere, *aurigæ.* de la charetiere, *huius aurigæ* d'vne charetiere, *vnius aurigæ ab hac auriga.*
Datiuus.	à charetiere, *aurigæ.* à la charetiere, *huic aurigæ* à vne charetiere, *vni aurigæ.*

Pluralis numerus.

Nom.acc. & voca.	charetieres, *aurigæ aurigas ô aurigæ* les charetieres, *hæ aurigæ has aurigas*
Genitiuus & abla.	de charetieres, *harũ aurigarũ & ab his aurigis.* des charetieres, *his aurigis.*
Datiuus.	à charetieres, aux charetieres, *his aurigis*

Adiectiuorum declinatio eſt per omnia ſimilis, nomina adiectiua maſculina ſubſtantiuorum maſculinorum, fœminina fœmininorum inſtar declinantur, vt hoc exemplo patet.

Vox maſculina.

Singularis numerus.

Bon.

nom acu. & vcca.	Bon, *bonus vel bonum & ô bone* le bon, vn bon.
genitiuus & abl.	de bon, *boni &* du bon, *à bono* d'vn bon.
datiuus.	à bon, au bon, à vn bon.

Numerus pluralis.

nom.acu. & voca.	Bons, *boni bonos &* les bons, *ô boni.*
genitiuus & abla.	de bons, *bonorum* de bons, *& à bonis.*
datiuus.	à bons, aux bons. *bonis.*

Vox fœminina.

Singularis numerus.

nom.acu. & voca.	Bonne, *bona bonam & ô bona.* la bonne, *hanc bonam,* vne bonne, *vnam bonam.*
genitiuus & abla.	De bonne, *bonæ à bona.* de la bõne, *hui⁹ bonæ, ab hac bona* d'vne bõne, *vni⁹ bonæ ab vna bo-(na*
datiuus.	A bonne, *bonæ* à la bonne, *huic bonæ* à vne bonne, *vni bonæ.*

His exemplis patet quod qui norit articulum inflectere,omnia nomina cuiuſcunque qualitatis aut generis fuerint,inflectere nouerit.

De gradibus comparationis.

Latini paululum immutato poſitiuo comparatiuum & ſuperlatiuum formant,ſed Galli vt Hebræi vtrunque circunſcribunt. Comparatiuum quidem galli per poſitiuum ſuum & particulam plus *id eſt magis. Superlatiuum autem præpoſita ſyllaba* tres, *ergo comparatiui nota eſt(*plus) *ſuperlatiui* tres, *vt*

Poſitiuus.

Chaſte,*caſtus vel caſta,*
heureux,*hic fœlix,*
heureuſe,*hæc fœlix,*

Comparatiuus.

Plus chaſte,*caſtior,*
plus heureux,*hic fœlicior.*
plus heureuſe,*hæc fœlicior.*

Superlatiuus.

Treſchaſte,*caſtiſsimus vel caſtiſsima.*
tresheureux,*fœliciſsimus,*
tresheureuſe,*fœliciſsma.*

Comparatiui irregulares.

Bon,*bonus,*meilleur,*melior,*
bonne,*bona,*meilleure,*melior,*
mauuais,*malus,*pire,*peior.*

mauuaiſe,*mala*,pire,*peior.*
petit,*paruus*,moindre,*minor*
petite,*parua*,moindre,*minor.*

Superlatiui ſunt regulares.

Tresbon,*optimus*,
tresbonne,*optima*,
treſmauuais,*peſſimus*,
treſmauuaiſe,*peſſima*,
treſpetit,*minimus*,
treſpetite,*minima.*

Aduerbia quæ qualitatis appellantur comparationem etiam recipiunt, vt nomina à quibus deſcendunt, finiúntque in(ment)*gallicè, vt in lich germanicè & latinè in ter vel in è, vt*
Prudemment,*prudenter*,plus prudemmẽt, *prudentius*,treſprudemment,*prudentiſſimè.*
Sottement,*ſtultè*,plus ſottement,*ſtultius* treſſotement,*ſtultiſſimé.*

Excipe.

Bien,*bene*,mieulx,*melius*,tresbien,*optimè.*
Beaucoup,*multum*,plus ou d'auantage,*magis,ſine ſuperlatiuo.*

Præpoſitionum comparatio. *Item præpoſitiones quæ in Latina lingua comparantur, in gallica etiam augentur in comparatiuo quemadmodum nomina & aduerbia, ſed in ſuperlatiuo vix, vt.*

Pres,*prope*,plus pres,*propius*,treſpres *non eſt in vſu.*
Oultre, *vltra*, plus outre, *vlterius*, & *ſic de cæteris.*
Bien,trop,par trop,beaucoup,*ſeruiunt augẽdæ cõparatiuorum ſignificationi.Exẽpli gratia,*
Ciceron eſt biẽ plus eloquẽt que Saluſte,
Ciceron eſt trop pl⁹ eloquẽt que Saluſte,
Cicerõ eſt par trop plus eloquẽt q̃ Saluſte
Cicerõ eſt beaucoup pl⁹ eloq̃nt q̃ saluſte.
Cicero eſt longè vel multò eloquentior Saluſtio.
Superlatiuus eſt in frequentiori vſu apud Latinos quàm apud Gallos. Nam vbi fit duorum aut etiam plurium comparatio, Galli non ſuperlatiuũ ſed comparatiuum vſurpant.
Exempli gratia.
Duorum doctiſſimus eſt Ioannes,le plus ſçauãt des deux c'eſt Iean, *non autẽ* le treſſçauant des deux.
Omnium doctiſſimus eſt Petrus, le plus ſçauant de tous c'eſt Pierre,*non autem*, le treſſçauant de tous.
Sed vbi comparatio inter vllos non fit, tunc ſuperlatiuus locum habet, vt,
Cicerõ eſt tres ſçauãt,*Cicero eſt doctiſſimus.*
Platon eſt treſſage,*Plato eſt ſapientiſſimus.*
Socrates eſt tresbon,*Socrates eſt optimus.*

Nonnulli hanc linguam cupientes reddere locupletiorem, formant ſuperlatiuum in e *fœmininum ad imitationem latinorũ, ut pro* tres ſçauãt *ſcauantiſsime pro* treſbon, *boniſſime, pro* treſreuerend, *reuerendiſſime, quod Aulæ debetur, quæ hic tanta pollet authoritate ut præſtet cum ea errare quàm cum cæteris bene loqui, & ſatis ſit allegare, ipſa dixit.*

De ordine ſubſtãtiui & adiectiui. *Bona pars adiectiuorum ſubſtantiuis, ut præſtantioribus in ſtructura orationis, prioremlocum cedit, ut* pain blanc, *panis albus,* vin rouge, *vinum rubrum. Ridentur Picardi & Lotharingi quòd dicant,* blanc pain, rouge vin. *Nonnulla tamen uſuceperunt priorem locum, ut* bon pain *bonus panis,* bon vin, *bonum vinum. Quædam ſine diſcrimine nunc in priore nunc in poſteriore collocantur pro ſcribentis arbitrio aut commoditate ſententiæ quæ omnia facilè diſcuntur frequenti lectione & diligenti obſeruatione eorum qui rectè & ſcribunt & loquuntur.*

Diminutiua. *Silentio prætereundum non arbitror quædam nomina fieri diminutiua,* vt garſon, *puer,* garſonnet, *puellus,* enfant, *infans,* enfançon, *infantulus,* larron, *fur,* larronneau, *latronculus,* femme, *mulier,* fẽmelette, *muliercula: multa alia inter legendum occurrent, quæ debes obſeruare, ſunt enim elegantiſſima,*

De pronomine.

PRonomina *ſunt vel primitiua, vt* ie, *vel* moy, *ego:* tu *vel* toy, *tu: vel deriuatiua, vt* icelui: *vel demõſtratiua, vt* ceſtuy cy: *vel relatiua,* luy *ipſe,* qui *vel* lequel, *qui vel poſſeſſiua, vt* mon, *meus,* ton *tuus, &c.*

Quædam pronomina ſunt maſculini generis, vt ceſtui icy, *iſte: quædam fœminini,* ceſte cy, *hæc vel iſta: quædã cõmunis, vt* ie moy, *ego, tu,* toy,

Tria tantum pronomina vocatiuum habent, ô toy, ô mon, ô noſtre: *noſter, cætera quīque caſus tantum habent.*

Declinationum ſunt tres ordines: primi ordinis tria pronomina ſunt, ie, *tu &* ſoy, *ſui.*

Ie, *primæ declinationis ſic declinatur.*

Numerus ſingularis.

Nominatiuus	Ie *vel* moy, *ego,*	Ie vel moy.
gen. & abla.	de moy, *mei, vel* à me,	
datiuus,	à moy, *vel* me *mihi.*	
accuſatiuus.	moy, *vel,* me, *me.*	

Numerus pluralis.

Nominatiuus	Nous, *nos,*
gen. & abla.	de nous, *noſtrum noſtri, à nobis,*
datiuus	à nous, *nobis,*
accuſatiuus.	nous, *nos.*

Tu *vel* toy, *ſic declinatur.*

Numerus ſingularis.

Tu & toy. *Nominatiuus* Tu vel toy, *tu*,
genitiuus de toy, *tui*,
datiuus à toy, *tibi*,
accuſatiuus toy, *te*
vocatiuus ô toy, *ô te*,

Numerus pluralis.

Nominatiuus Vous, *vos*,
genitiuus de vous, *veſtrum veſtri, à vobis*,
datiuus à vous, *vobis*,
accuſatiuus vous, *vos*,
vocatiuus ô vous, *o vos*.

Rarò tamen exprimitur ô aduerbium vocandi.

Moy *&* toy *vſurpantur tantùm in relationibus ídque verbo non expreſſo*, ie *&* tu, *in enunciationibus*, *& non niſi verbo expreſſo*; *verbi gratia, ſi dicas.*

Ie chante, *cano alius interroget?* qui? *quis? reſpondebis*, moy, *non autem ie, ſicuti etiam non dices* moy chante, *ſed* ie chante. Sic tu lis, *nõ* toy lis, *tu legis*, qui? *quis? reſpondendum*, toy, *& non tu.* De Soy, *Sui, ſic declinatur.*

Soy. *Singularis numerus*,

Nominatiuo caret.

